

Band VI., Nr. 1909, Seite 300-301

Graf Hermann von Sulz verkauft den Berg mit der darauf gelegenen Pfarrkirche von Thumlingen samt der Vogtei über den ganzen Hof daselbst und dem darauf haftenden Patronat über genannte Kirche nebst Zugehörungen an den Meister Eberhard von Horb und Dietrich, seinen Bruder, Bürger daselbst, um 20 Mark Silber.

Neckarburg, 1267. März 19.

Universis presentes literas inspecturis Hermannus dei gratia comes de Sultze salutem et noticiam subscriptorum. Gestorum veritas, ne oblivionis caligine perturbentur, scripturarum consuevit testimoniis precaveri. Scire itaque cupimus universos presencium inspectores, quod nos montem seu districtum montis eiusdem sive hominum eundem montem inhabitantium, in quo scilicet monte ecclesia parochialis ville Tunglingen ultra villam Dornstetten sita esse dinoscitur, cum advocatia curie totalis in eodem monte site, quibus ius patronatus eiusdem ecclesie attinet, cum ipso iure patronatu[s] seu aliis omnibus districtibus iuribus vel pertinentiis ipsorum, que ibidem habuimus vel progenitores nostri vel alii, quibus in hiis successimus, habuerunt, dilectis nostris magistro Eberhardo de Horwe et Dietrico fratri eiusdem civi in Horwe receptis ab ipsis propter hoc in precio viginti marcis argenti, omnibus que circa huius^a rite ac debite intervenire solent intervenientibus, vendidimus, donavimus et tradidimus, presentibus vendimus, tradimus ac damus ipsis sive ipsorum heredibus omnibus in infinitum si[n]gularibus sive universalibus, descendentibus^b vel collateralibus suis vel extraneis, predicta cedendo et in ipsos omni eo iure, quo apud nos fuerant, plene ac integre transferendo, gwarandas nos premissorum constituentes et nomine nostro successorumque nostrorum sub fideidacione nomine iuramenti prestita promittentes, quod nec per nos nec per alios quoslibet ipsos umquam inquietemus circa premissa aut aliquatenus molestemus. Et cum hec omnia nullis condicionibus pactis vel modis interpositis, sed pure ac simpliciter processerint et legitime, predicti fratres sive ipsorum heredes de premissis omnibus ordinando, ad ecclesiam ipsam Tunglingen presentando, titulo gratuito vel non gratuito in alios premissa transferendo et alias qualiter voluerint disponendo libere perpetuo faciant que sibi videbitur expedire. In horum autem firmum robur et indubitatum testimonium presentes litere venerabilis patris ac domini E. dei gratia Constantiensis episcopi et nostro sigillo extiterint communitate.

 Actum

^aHier ist wohl *modi* ausgefallen.

^b*descendentibus* ist zweimal geschrieben.

II

apud Neckerburg, anno domini M^o. CC^o. LXVII^o., XIII. kalendas Aprilis. Testes autem horum sunt: E. de Sultze, patruus noster archidiaconus Argentinensis, Ber. et Conr. nobiles viri domini de Lupphen, Fridericus miles et Reinher filius eiusdem de Ruiti et alii quam plures. Nos E. dei gratia Constanciensis episcopus confitemur, nos sigillum nostrum presentibus appendisse.

—

Nach einem Vidimus des Bischofs Rudolf von Konstanz (reg. 1322–1333) auf Pergament.

 Das Vidimus beginnt mit den Worten: *Rudolfus, dei gratia episcopus Constantiensis etc., datum per copiam*, und es schließt mit: *Hoc instrumentum ex parte Sifridi Ohsen exhibitum est coram nobis in modum sue probationis. Datum Constancie, VII^o kalendas Novembris, indictione IX.* (d.h. nach der indictio Bedana 1325 Oktober 26).

 Das Vidimus ist angeheftet an ein anderes Vidimus mehrerer Urkunden, welches der Official der Konstanzer Kurie *anno domini millesimo ccc^o vicesimo quinto, XIII^o kalendas Septembris (August 20), indictione octava* ausstellte.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 602 U 8151

Überlieferung und Textkritik:

Im Vidimus von 1325 Oktober 26 enthalten.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Neckarburg

Ortsindex:

Dornstetten Wohnplatz (7386)
 Dornstetten, FDS
 Horb am Neckar Wohnplatz (7484)
 Horb am Neckar, FDS
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lupfen Wüstung (23423)
 Lupfen, Talheim, TUT, W
 Neckarburg Wohnplatz (12408)
 Neckarburg, Rottweil, RW
 Reute Wüstung (26069)
 Reute, Oberndorf am Neckar, RW, W
 Straßburg, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Sulz am Neckar Wohnplatz (12745)
 Sulz am Neckar, RW
 Tumlingen Wohnplatz (7633)
 Tumlingen, Waldachtal, FDS